Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuae qd̄ est sanctum. Et laudabile & gloriosum in secla. Benedictus es in templo sancto gloriae tuae. Et laudabilis. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis. Benedictus es qui sedes super cherubim intuens abyssos. Et laudabilis. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabilis. Benedicat te omnis angelus et sanctus tuus. laudabile et gloriosum in secla. Benedicat te celum terra mare et omnia quae in eis sunt. laudabile. Gloria patri et filio et spiritui sancto. laudabile et glorioso in secla. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secla seculorum. Amen. laudabile. Benedictus es.

Ad omnem mulier dñ Dñs vobiscum.

Deus qui sunt **Alexandre. oro.** tribus pueris mitigasti flammas ignium concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. ℣. **Ad thessalonicenses.**

Fratres. Rogamus vos per adventum dñi nri ihu xpi. et nre congregationis in ipsum. ut non cito moveamini a uno sensu neque terreamini, neque per spiritum. neque per sermonem neque per epistolam tamquam per nos missam qasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat ullomodo: quoniam nisi venerit discessio primum. et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui adversatur et extollitur super omne qd̄ dicitur ds. aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat. ostendens se tamquam sit ds. Non retinetis qd̄ cum adhuc esse vobiscum hec dicebam vobis. Et nunc qd̄ detineat scitis: ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus: quem dñs ihs interficiet spiritu oris sui. & destruet illustratione adventus sui.

Qui regis israel intende qui deducis **Tr.** ioseph quasi ovem. ℣ Qui sedes super cherubim appare coram ephraim benjamin et manasse. ℣ Excita dñe potentiam tuam et veni ut salvos facias nos.

Anno quintodecimo **S. Lucam** imperii tiberii cesaris procurante pontio pilato iudaeam tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha ituree. et trachonitidis regionis. et lysania abilinae tetrarcha sub principibus sacerdotum anna & caypha. factum est verbum dñi super ioannem zacharie filium in deserto. et venit in omnem regionem iordanis: predicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete. Vox clamantis in deserto. parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Omis vallis im